et in mobilibus paternis et maternis ac alijs omnibus ipsam in bonis
villae Kulczicze post olim parentes illius iure divino et naturali
Concernen(tibus) et spectan(tibus) ad acta terrestria Praemisliensia Proximis et pro
ximis terminis terrestribus Praemislien(sibus) Sessione prima et proxima
ad terminum eorundem terrestrium Praemislien(sium) Judicialiter quod forum veritatis proximis
et proximius Praemisliae fuerit celebratum personaliter Statuere Quae statu
ta tubre et erit astricta una cum consensu et assistentia ipsum tamen mariti
sui de omnibus bonis supra recensitis ac in dictis bonis villae Kul
czicze post olim parentes suos iure divino et naturali Concernen(tibus) in
[illegible] Kulczicky et eius successorum se
cundum antiquam Consuetudinem abrenunciare et abdicare sub
vadio Centum Marcarum pecuniae monetae et numi polonicalis in Casu non Com
pletionis promissorum ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbere.
Praeterea se cum successoribus in et super bonis suis quibuslibet omnibus [illegible]
dem Striczko Kulczicky et eius successoribus obligat et inscribit
[illegible] recognitionem [illegible] terrestria Praemislien(sia) intra
decursum unius anni transferre et transportare sub vadio Centum
Marcarum pecuniae monetae et numi polonicalis Pro quibus quidem va
dio seu vadijs exigendis rei et Causa succubuit quae si praedictus
recognoscens Cum successoribus suis eidem Striczko Kulczicky
vel eius posteris Citare permiserit tunc recedendo ab omni suo proprio et
Competenti foro Coram praesenti Castrensi Praemislien(si) officio Cuius Caducis
praesentis respecta Cum successoribus ac bonis suis omnibus alteri subicit
et incorporat Semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio
Stare iuri parere ac locorum condominis pro vadio pro quo Citatus eiusque
successores Citati fuerint re ipsa ab officio non recedendo Satisfacere
decretumque et omne iudicatum pati tenebitur eiusque successores tenebuntur
tunc quos opus sint Terminum ipsum primum peremptorium et alios

Subsequentes



Subsequentes causae et Causarum terminos Nullis modis Collocutionibus
Motionibus appellationibus earumque per additationes prosequutionibus
Evasionibus praescriptionibus Suspensionibus poenis tertium marcarum dil
lationibus ad quietationem ac legalibus quibusvis impedimentis differendo pro
longando atque eximendo se cum successoribus suis omnibus quibus iuribus re
nunciando et suorum successorum sub amissione totius Causae.

# Brzosczi obligant fratri sortes suas maternas

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemi
slien(sibus) Nobiles Sebestianus et Venceslaus Brzosczi filij olim
Nobilis Raphaelis Brzosky in villa Misliatice sortium suarum
heredes A pallatiis terris dictibus iuribusque suis quibusvis proprijs
ac foro iurisdictioneque Competenti recedendo illisque per expressum re
nunciando Huic officio iurisdictioni Castrensi Praemislien(si) se cum succes
soribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis
attinet plenarie incorporando inviscerando et subiciendo sani mentibus
et Corporibus existentes publice palam ac per expressum ambo in solidum
Coniunctimque et indivisim recognoverunt et quilibet eorum suo pro in
teresse recognovit Quia Manu Coniuncta et indivisa Bona sua
hereditaria videlicet Totas et integras sortes suas hereditarias in fundo et here
ditate villae Misliatice Consistentes super ipsos iure divino
et naturali post olim nobilem Heduigim matrem eorundem ac
alias quibusvis personas Statuis sexus ac condominis Cuiusvis existentes
modo ac titulo quovis devolutas eosdemque concernentes Cum omni iure
dominio et proprietate ac cum omnibus eorundem bonorum attinentiis
pertinentiis fructibus censibus proventibus laboribus redditibus emo

lumentis ac utilitatibus quibusvis universis quibuscunque dicantur nominibus
et cognominibus ista late longe et circumferentialiter prout se eorundem
bonorum hereditas in suis metis ac limitibus extendit et prout eadem bona
solinet ex antecessoribus suis tenebant habebant et possidebant ijsdemque
utifruebantur Nihil iuris dominij et proprietatis ac quorumvis usufru
ctuum et utilitatum tam in toto quam in minima parte in eisdem bonis pro se
et suis posteris relinquendo reservando et excipiendo Nobili Joanni
Brzoski filio olim nobilis Kaźmierz Brzoski fratri suo germano
et eius successoribus legittimis In summa Duorum Millium florenorum
pecuniae monetae et numismatis polonicalis singulum florenum triginta grossis
polonicalibus computando iamque tunc de facto obligaverunt impignoraverunt
et inscripserunt prout praesenti inscriptione sive ad festum Nativitatis
Christi domini proximum Et in defectu pro tunc exemptionis ad aliud
simile festum Nativitatis Christi domini tunc proxime venturum
Deinceps vero a Nativitate ad Nativitatem de anno ad annum
singulis annis sese continue et immediate sequentibus usque ad omnimodam
etiam conivendam summae praeexpressae solutionem et sui de bonis praedictis
exemptionem obligant impignorant et modo ob loco inscribunt Iamque
tunc coram officio praesenti ijdem recognoscentes praedicto Joanni Brzo
ski et eius posteris in bona praedicta modo suprascripto impignorata dant
et admittunt realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione per mi
nisterialem Pallatus Russiae generalem iam tunc ab officio
praesenti ad id additum In bonisque praefatis impignoratis in terra tempo
ris dum ad ipsam acceptandam cum ministerialibus et nobilibus vene
rit dare et libere admittere nulloque modo per se et submissas personas
tam in toto quam in minima parte impedire et adimere se et successores suos
in et super bonis suis omnibus haereditatibus et obligatis mobilibus et immobi



libus ubilibet habitis et habendis inscribunt et obligant sub vadio
Duorum Millium florenorum pecuniae monetae et numismatis polonicalis Apprehensaque
huiusmodi reali intromissione cum actuali et pacifica possessione per
ipsum Joannem Brzoski et eius successores bona praedicta cum ipsismet sunt
et modo sibi impignorata cum omni prout suprascriptum est iure dominio
et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis pertinentiis fructibus
censibus proventibus ac utilitatibus quibusvis universis nullis exceptis et exclusis
In summa eadem Duorum Millium florenorum pecuniae monetae et numismatis po
lonicalis tenendi habendi et possidendi ad festum Nativitatis Christi domini
proximum Et in defectu pro tunc exemptionis ad aliud festum simile
Nativitatis Christi domini proxime tunc venturum Deinceps vero
de anno ad annum usque ad exemptionem et summae praedictae omnimodam con
tinuandam solutionem iuxta cursum et consuetudinem terrestrem Et
post datam ac admissam realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione
Tenebuntur et erunt astricti praedicti recognoscentes prout se praesentibus cum
successoribus suis in et super bonis suis omnibus haereditatibus et obligatis mobi
libus et immobilibus ubilibet habitis et habendis obligant et inscribunt
Eundem Joannem Brzoski fratrem suum germanum et eius successores in bo
nis praedictis et ratione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica et extra
iuridica omnibusque damnis et impedimentis Necnon ab omnibus superioribus
et inferioribus prioribus et posterioribus censibus reemptionalibus
debitis vinculis eisdem bonis impositis et imponendis Reformationibus ad
vitalitatibus quibus super eisdem bonis per quascunque personas cuiuscunque per
sonarum factis seu faciendis Ab omnibusque citationibus Conitationibus
adcitationibus innotescendis quorumvis subditorum seu subselliorum Regni
in bona praefata importatis et importandis lucris plucris poenis damnis vadijs
triplicatis a iuridicis quibusvis processibus in eisdem bonis per quascunque
personas perductis et perducendis Continuationibusque et continuandis tum etiam

ab omnibus iniuriis quibusvis in bonis praedictis in toto et in parte inferen
tibus quibus opus fuerit tueri deffendere evincere et liberare intercedere
bonaque praefata semper et ubique munda ac libera facere indemnemque et
eius successores indemnes reddere. Nec debent ipsi mei recognoscentes fide
Joanni Brzoski et eius successoribus possessionem eorundem bonorum tam per se quam
per suas quasvis submissas personas praepedire et adimere sub vadio Duo
rum Millium florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis. Porro etiam
idem recognoscentes se cum successoribus suis bonisque suis omnibus terrestribus
et oblatis mobilibus et immobilibus ubilibet habitis et habendis obli
gant et inscribunt in manusque eiusdem Joannis Brzosky fratris sui ger
mani et successorum illius submittunt inscriptionem praesentem ex actis praesentibus ad
acta terrae Premisliensis intra decursum unius anni in hac vel meliori ver
borum forma sive coniunctim sive divisim transferre et transportare
similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio
simili et speciali Duorum Millium florenorum pecuniae monetae et numi
polonicalis in casu non transportationis eiusdem inscriptionis ad solvendum
irremissibiliter et de facto succumbendo. Pro quibus quidem vadio
seu vadiis ex quacunque re et causa successerit et succumbendo quibus se
praedicti recognoscentes cum successoribus suis Fidem Joanni Brzosky
vel eius posteris citare permiserit totus a pallatinalibus terrestribus districtualibus
iuribusque suis quibusvis propriis recordationibus foroque competenti renunciando
Coram officio praesenti Castrensi Premisliensi Cuius Castri praesentis respectu
Cum successoribus bonisque suis omnibus terrestribus et oblatis mobilibus et immo
bilibus ubilibet habitis et habendis quoad respondendum inscriptionique praesenti
satisfaciendum ultro subiiciunt et incorporant. Semper in primo ci
tationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere sen
tentiam qualibetcunque in eo passu proferatur pati. Illudque vadium
pro quo citati cum successoribus suis fuerint ab officio non recedendo



sine quovis iuris strepitu Condemnatione iudicati sub simili vadio
solvere tenebuntur et eorum successores erunt astricti. Et praestita solutione
vadii et vadiorum ex quacunque causa successerit inscriptioni praesenti et omnibus
in ea contentis tam in toto quam in minima parte quibus opus fuerit satis
facere tenebuntur et eorum successores erunt astricti. Terminumque ipsum pri
mum peremptorium et alios subsequentes Causae et Causarum terminos usque
ad decisionem finalem Nulla re exquisita nec colore excogitato neque
citra neque extra inde nullibusque adinventis modis vel Cautellis et Consue
tudinibus vim legum scriptarum in se complectentibus et tentium moribus Com
probatis quod sibi mancipium et Consilium causae recipi poterit subterfugien
do se cum successoribus ad forum competens pro quavis iniuria eidem ac successoribus
illius illata excipiendo atque incompetentiam fori et iudicii obiiciendo. Cum
actione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus bellicis literis
legatione intra et extra Regnum statutis Constitutionibus Conventionibus Decretisque
Maiestatis Regiae et Tribunali aequorumvis iudiciorum servitio quovis
sacrae Maiestatis Regiae et militari successorum minorennitate evocatione de terra
et districtu absentia a Regno interregno incursu hostium a omnibus le
galibus impedimentis in statuto comprehensis descriptis et non descriptis se non
tutantes poena trium marcarum et triplici poena vadium seu vadia praenominata
non evadendo ad quietationem ex inscriptione vel aliqua eius Conditione Zui
Etorem munimentaque quaevis dilationi non petendo defectibus quibusvis
tam inscriptionis quam processus iudiciarii ex ea emanati non obiiciendo A
decretis quibusvis tam super accessorio quam principali negotio latis nullas
motiones cum appellationibus faciendo nec ad prosequendum easdem tam si
dicem quam partem adcitando. Insuper omnibus quae humana industria
parantur exceptionibus Controversiis et Evasionibus praescriptionibus subpen

[illegible] omnibus fatalibus iuribus ac universis dilationibus de iure communi concedi solitis iuribusque beneficiis abrenuntiando Ipse nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque effectum recipiendo Sui et suorum successorum submissione totius causae ex tunc luitione vadii seu vadiorum quo e quibus solutis totiusque inscriptionis praesentis omnibus in ea contentis satisfacere tenebuntur eorumque successores erunt astricti in quantum opus fuerit. Nulla terrestri pro ratione in praemissis omnibus obstante Ad quae praemissa idem recognoscentes cum suis posteris exequenda ultro tollerando Consenserunt praesentibusque consentiunt hac recognitione mediante Zaque dicta vadia obligamenta ac nexum totius inscriptionis libere ultro in bona sua omnia imponunt seque ac successores suos eidem oneri tam in toto quam in minima parte subiiciunt A quo nexu inscriptionis nec ipsimet nec successores eorum liberi esse possunt nisi satisfactione iuridica quittatione super omnia facta et habita Quod memoriali firmatum est.

# Actum in castro Premi

sliensi in terminis causarum officii feria secunda post festum Sa
cratissimi Corporis Christi proxima Anno domini Millessimo Quin
13/VI. gentessimo octuagessimo Tertio Coram Generoso Alberto Lubo slawski
Gladifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii Iudice Dobrogostio Za
polski Nottario castren. Praemislien. officio et actis presen.

## Radilowski recedit ab

inscriptione Castrensi Praemislien. ipsi per Koblanski facta

Comparens personaliter Coram officio et actis presentibus Castren. Praemislien. Nobilis Stanislaus Radilowski [illegible] A terrestribus districtualibus iuribusque sub quibus [illegible] propriis recedendo foroque Competenti renunciando Huic vero iurisdictioni Castrensi Praemisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum hunc attinet plenarie incorporando



et subiiciendo sanus mente et corpore existens per eo palam ac expresse recognovit Quia ab inscriptione obligatoria sibi per nobilem Michailo Koblanskij Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. facta Qua mediante eidem praedictus Michaylo Koblanskij Bona sua certa in villa Koblo sacrae Maiestatis Regiae ad Capitaneatum Samborien. pertinen. tenutae Magnifici Stanislai Herborth de Fulsztyn Castellani Leopolien. et Capitanei Samborien. in summa Sexaginta sex florenorum pecuniae et numeri polonicalis obligavit et inscripsit Ratione omnimodae et sufficientis satisfactionis sibi per eum pro praemissis factae temporibus perpetuis et aeternis recedit Eundemque de summa praedicta Sexaginta sex florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat perpetue ac [illegible] Ipsamque inscriptionem in actis Castren. Praemislien. contentam sibi ab eodem super summam praenominatam servien. Cum omnibus eiusdem Conditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexu Cassat annihilat mortificat obliterat temporibus perpetuo duraturis Ac de bonis praedictis ipsa inscriptione oneratis Eidem Michailo Koblanskij et eius posteris iam ex nunc cedit et condescendit perpetue Sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponens eiusdem praesenti sua recognitione mediante Quod memoriali firmatum est.

## Koblanski obligat Radilowskij

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. Nobilis Michaylo Koblanskij Advocatiae seu Sculteti in villa antiqua Koblo sacrae Maiestatis Regiae ad Capitaneatum Samborien. pertinen. Tenutae Magnifici Stanislai Herborth de Fulsztyn Castellani Leopolien. et Capitanei Samborien. tenutarius A terrestribus districtualibus